



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

§. 1. Iudices injustos, meritò metuere posse, si quis, ab illis, ad supremum
judicem appellet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45653

C A P V T X X X I X.

Ob eiusmodi citationes à Deo exauditas, magno diuinorum iudiciorum metu affici debere alijs iniuriosos, cuiuscung, status aut conditionis sint.



T etiam exemplum faciat Deus, & grandes grandium iniurias, similis exitus metu, refrænet, sæpe preces & vota citationesque exaudit eorum, qui vel à Principibus aut iudicibus iniustē damnati, per vim, ad mortem trahuntur, vel atrocem calumniã patiuntur, à qua eos alius nemo defendit. Itaque, intra conditum certum tempus, aliqui ita citati è vita extruduntur, iudicij sui iudicium subituri; qui alioquin adhuc diu superuixissent. Longanimis quidem est Deus, & dormire multis videtur, sed sæpe etiam repenti, & in furore, arguit peccatores; præsertim cum innocentia iustitiæque oppressa ad eum de terra clamat. Quae de causa Psaltes ait: *Cum innocarem, exaudiuit me Deus iustitia mea.* Et multi sunt, qui vim passi Dei manum, non irritis votis, inuocauerunt, atque idcirco, nunc, in cælo, canunt: *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua, inter quæ est illud: Quoniam fecisti iudicium meum & causam meam: sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam.* Nam quia iudices sæpe vel ignoratione errant; vel affectu præcipitant sententiam; vel dubia pro certis arripiunt; vel probabilem contrarij metū dissimulant; meritò & ipsi à supremo omnium Iudice Deo, cum iudicijs, iustitiisque suis, iudicantur; atque extra ordinem plectuntur, qui alios, contra ordinem, tyrannica crudelitate puniuerunt.

Huius rei, præter superius commemorata exempla, vtile erit & alia recensere. Atque vt, modò dicto militi reo, militem innocentem opponam, narrat Guilhelmus Ferdinandus ab Effrem de Germano milite, iuvene, si ætatem spectes; si ingenium, faceto; eum, cum horâ constitutâ, ad excubias vocaretur; in militum corona stantem, per iocum, dixisse: *Redeunt ad nos excubie, utinam pecunia nuncijs rediret!* Quàm multis iocari capitale fuit! Neque enim animus dicentis & auris audientis semper folent consentire. Adfuit ergo, inter commilitones, etiam tribu-

C c c

norum

I.

Psal. 4. 2d

Psal. 9. 10

II.

Gulielm.
Ferdin. ab
Ephrem. in
Manuali Po-
litico. lib. 5.
part. 3.